



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

4. Maji. In rebus humanis minùs acuratè versari, jure forsitan ignoverit  
quispiam, at immortali Deo servire negligenter, id verò nullo pacto  
ferendum est. S. Ignat. apud Maff. I. 2. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-50423)

Ut ignis sociatus ignibus urit intimius, & spectabilius lucet; sic amantium multitudi anget amorem, & meritum multiplicat.

Omne bonum communicativum e sui, maximè verò æternum ; hoc sibi cur aliis commune facere, est sua in cœlo gaudia multiplicare. Quanta solatii æterni ges, plurimos conatu suo cœlo intulisse.

#### 4. Maij.

*In rebus humanis minùs accuratè versari jure forsan ignoverit quispiam , at immortali Deo servire negligenter, id ven nullo pacto ferendum est. S. Ignat. apud Mast. l. 2, c. 3.*

**B**onum, nisi bene fiat , boni nomen mittit & pretium; Majestatis immensa non tam cultorem , quam irrisorem ostendit, qui opera ei propria, vel ejus causa suscepta obiter facit. Principes saequarem reverenter sibi serviri exigunt?

Maximus rerum etiam optimarum hostis & corruptor est, longus usus. Quod sapient, abit in consuetudinem ; haec societas trahit negligentiam. Præstat rem sanctam intermittere, quam non sanctè tractare,

Quantum perdimus negligentia! quād

niūs, & ultitudi  
nūs, & cū  
tērni  
alisse.  
sibi cur  
xelogau  
terni  
alisse.  
niūs, &  
versan  
, atim  
, id vī  
at, apū  
omen  
immen  
sorem  
jus cau  
s facu  
nt?  
rum ho  
quod sa  
e socias  
sanctas  
stare,  
il, quād  
io

ingens ex hac lucrum cessans ; imò quām grande damnum emergens ! Qui mollis est & dissolutus, frater est opera sua dissipantis.

Se minamus multūm , & metimus parūm, quia multa , sed oscitanter agimus. Gratiūs Deo est modicum bene , quām multum ignavè factum. Non verba Deus curat, sed adverbia.

### 5. Maii.

*Deus perspicax trapezita , magis ab operis bus, quām à verbis amorem estimat. S. Ignat. in contempl. de amore Dei.*

**A** Mor sine opere , arbor foliis plena est, sed sine fructu, jaētantiam haberet, non emolumentum. Opera loquuntur amorem, non verba; habent illa linguam suam, habent etiam, hac tacente, facundiam.

Una lingua , duæ manus nobis à natura obiugêre : plūs nempe agere, quām loqui nos voluit. Mortua vox sine opere. Universa sine amore nihil valent. Amor sedem non in ore, sed in corde fixit.

Sæpe amori ficto & vero idei est color, paria verba , ita ut fucatum à sincero ægrè discernas. Sic homo potest homini